



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 14. Historia Haitonis Armeni.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIV.

A.C. 1307.

§. XIV.

*Historia Haitonis Armeni.**Sup. Lib. 90.*  
*§. 47.**Hait. præf.*

c. 2.

*Sup. lib. 84.*

§. 19.

*Sup. lib. 82.*

§. 19.

c. 16.

c. 55.

Cum Papæ cordi esset bellum pro terra sacra, etiam de isto agebatur in colloquio Pictaviensi. Haito ille Armeniæ Princeps, qui duos ante annos Ordinem Præmonstratensem auxerat, Pictavium delatus hanc ad expeditionem documenta dabat, nempe historiam Orientis, quam Nicolaus Salco Papæ interpretis eadem in urbe calamo excepit. Clementis jussu Gallice primum, prout eam Haito ex memoria dictabat, scripsit; dein Latine reddidit mense Augusto 1307.

Haito primum describit regnum Catajanum, quod asserit in orbe maximum; postea Tarsenum, cujus incolæ Jogures dicti falsa colunt Numina. Vidimus, quid Rubraquisius in sua narratione de his memoret. Tum Haito venit ad Turchestaniam, & ad Corasminos: videntur esse illi, qui Hierosolymam occuparunt an. 1244. De Tartaria loquens excurret late; ac ejus Imperatorum seriem post Inguiscanum ponit. Denique dat consilia pro bello sacro, & affirmat venisse tempus opportunum ad Palæstinam ethnicorum jugo liberandam.

Primum accepimus, ait, a Deo Papam, ex quo summum conscendit solium,  
dia

diu noctuque solícite ac toto animo meditantem modos succurrendi terræ sacrae. Deinde cuncti Europæ Reges ac Principes inter se pacem colunt, & omnes variis in regnis Christiani ardent studio induendi crucem. Insuper ethnicorum potentia mirifice concidit tam per bella Tartarorum, a quibus cruento nuper prælio sunt victi, quam ex imbecillitate hodierni Sultani Ægyptii, hominis imbellis inertisque. Saracenorum Principes ac Sultani omnes, qui Ægyptio, cum res postularet, subsidia mittebant, Tartarorum viribus succubere: & qui solus remanserat, Sultanus Merdenfis pariter eorum jugum subiit amissis terris suis captus. Demum Tartari Christianis suppetias contra Saracenos offerunt: & hæc unica est causa, ob quam Rex illorum Carbanda fratris sui Casani vestigiis insistens Legatos misit.

## §. XV.

*Joannis Moncorvini expeditio apostolica continuatur.*

Christiana religio per labores Joannis Moncorvini ex Ordine Minorum magnos in Tartaria progressus faciebat: ut Papa hoc ipso anno comperit. Frater Thomas Tolentinus ejusdem Ordinis ex Tartaria

Sæcul. XIV.  
A.C. 1307.

Sup. lib. 90.

§. 46.

Vading.

1307. n. 6. 7.

MS. Colb.

n. 5496.